

EJERCICIOS PARA PREPARACIÓN PRUEBA EXTRAORDINARIA

(PARA REPASAR LA TRADUCCIÓN)

TRADUCCIÓN: Aquí tienes unos resúmenes del texto de cada uno de los capítulos que hemos visto a lo largo del curso. **Realiza su traducción.** Previamente debes repasar el vocabulario específico de cada capítulo, tal y como hacíamos en clase (todos los materiales de cada capítulo los tienes en el classroom y también los puedes consultar en la página de culturaclasica.com, donde tienes muchos más materiales de consulta y muchos ejercicios interactivos). Aquí te pongo el enlace para acceder directamente a la página:

<https://sites.google.com/view/lingualatinapsi>

Capitulum I IMPERIUM ROMANUM

Ubi est Roma? Roma in Italia est. Ubi sunt Gallia et Germania? Gallia et Germania in Europa sunt. Nilus fluvius est. Nilus et Rhenus fluvii sunt. Rubico non est fluvius magnus, Rubico fluvius parvus est. Nilus et Rhenus non fluvii parvi, sed fluvii magni sunt. Corsica insula est. Corsica et Sardinia et Sicilia insulae sunt. Britannia non insula parva, sed insula magna est. Sicilia et Sardinia non insulae parvae, sed insulae magnae sunt. Brundisium oppidum est. Brundisium et Tusculum oppida sunt. Brundisium oppidum magnum est. Tusculum est oppidum parvum. Tusculum et Delphi non oppida magna, sed oppida parva sunt. Tusculum-ne oppidum Graecum est? Tusculum non oppidum Graecum, sed oppidum Romanum est.

Capitulum II: FAMILIA ROMANA

Ubi est Roma? Roma in Italia est. Ubi sunt Gallia et Germania? Gallia et Germania in Europa sunt. Nilus fluvius est. Nilus et Rhenus fluvii sunt. Tiberis non est fluvius magnus, Tiberis fluvius parvus est. Nilus et Rhenus non fluvii parvi, sed fluvii magni sunt. Corsica insula est. Corsica et Sardinia et Sicilia insulae sunt. Britannia non insula parva, sed insula magna est. Sicilia et Sardinia non insulae parvae, sed insulae magnae sunt. Brundisium oppidum est. Brundisium et Tusculum oppida sunt. Brundisium oppidum magnum est. Tusculum est oppidum parvum. Tusculum et Delphi non oppida magna, sed oppida parva sunt. Tusculumne oppidum Graecum est? Tusculum non oppidum Graecum, sed oppidum Romanum est.

Capitulum III: PVER IMPROBVS

Puella, quae cantat, est Iulia. Iulia laeta est. Marcus Iuliam pulsatur et ridet. Iam Iulia non cantat, sed plorat. Quintus Marcum videt. Iulia Aemiliam vocat. Aemilia venit. Puella, quam Marcus pulsatur, filia Aemiliae est. Aemilia Quintum interrogat: « Cur Iulia plorat? » Quintus respondet: « Iulia plorat, quia Marcus eam pulsatur ». Quintus Iulium vocat. Iulius Quintum non audit, quia dormit neque venit. Aemilia irata est et Marcum pulsatur. Marcus, quem Aemilia pulsatur, puer improbus est. Marcus plorat et Iulius eum audit. Iulius interrogat: « Cur Marcus plorat? » Quintus respondet: « Marcus plorat, quia mater eum pulsatur. Marcus parvam puellam pulsatur ». Iulius iratus puerum improbum pulsatur. Quintus ridet. Iulia laeta non est, quia Marcus plorat. Iulia puella proba est.

Capitulum IV DOMINVS ET SERVI

Iulius sacculum magnum habet. In sacculo Iulii pecunia est. Iulius pecuniam numerat: « Quid? In sacculo meo non centum, sed tantum decem nummi sunt! Ubi sunt ceteri nummi? Ubi sunt servi mei? » Iulius servum suum Medum videt. Medus adest, Davus abest. Iulius: « Davum voca! » Medus Davum vocat: « Dave! Veni! ». Davus dominum salutat: « Salve, domine! » Iulius: « Tace et audi, serve! Ubi sunt ceteri nummi mei? » Davus respondet: « Pecunia tua hic non est. Interroga Medum! » Iulius eum interrogat: « Ubi est pecunia mea? Responde, serve! » Medus accusat: « Pecunia tua in sacculo Davi est ». Iulius: « Sacculum in mensa pone, Dave » Davus sacculum in mensa ponit. In sacculo Davi nulli nummi sunt. Iulius: « Sume sacculum tuum et discede, bone serve » Davus sacculum suum sumit et discedit. Iulius: « Quis pecuniam meam habet? Medus! Veni! Cur Medus non venit? » Aemilia: « Medus non venit quia is pecuniam tuam habet! Sacculus eius vacuus non est! ».

Capitulum V VILLA ET HORTVS

Villa Iulii in magno horto est. Iulius multas rosas et multa lilia in horto suo habet. Iulius non solus, sed cum Aemilia et cum magna familia in villa habitat. Marcus et Quintus filii et Iulia filia in villa habitant. Multi servi et ancillae cum eo habitant. Iulius et Aemilia liberos suos amant. In villa Iulii duo ostia et multae fenestrae sunt. In villa atrium magnum est. In atrio impluvium est. In villa Iulii peristylum et multa cubicula sunt. Iulius et Aemilia non in cubiculo parvo dormiunt, cubiculum eorum magnum est. Servi quoque in cubiculis dormiunt. Aemilia cum liberis in peristylo est. Iulia multas rosas pulchras in horto videt et ab Aemilia discedit. Aemilia: « Marce et Quinte! Iuliam vocate! » Iulia pueros vocat: « Venite! » Iulia ex horto venit cum quinque rosis pulchris. Iulia rosas tantum, nulla lilia habet, quia rosae eam delectant, sed lilia non amat. Iulia: « Videte rosas meas! » Marcus: « Rosae pulchrae sunt, neque puella pulchra est! » Marcus et Quintus rident. Aemilia irata:

« Tacete, pueri improbi! Discedite ex peristylo! Sumite rosas easque in aqua ponite! » Pueri ex impluvio aquam sumunt rosasque in aqua ponunt.

Capitulum VI VIA LATINA

Villa Iulii prope Tusculum est. Iulius et quattuor servi ab oppido Tusculo ad villam eunt. Unde venit Iulius? Iulius ab oppido venit. Quo Iulius it? Iulius ad villam it. Ursus et Davus lecticam domini portant. Syrus et Leander duos saccos in umeris portant. Sacci, qui a Syro et Leandro portantur, magni sunt ; sed saccus, quem Syrus portat, non tam magnus est quam saccus, qui a Leandro portatur. Iulius in lectica inter Ursum et Davum est. Syrus et Leander non ante lecticam, sed post lecticam ambulant. Medus apud dominum suum non est. Medus Iulium timet. Unde venit Medus? Medus Tusculo venit et Romam ambulat. Medus Romam it, quia Lydia Romae habitat. Medus Lydiam amat et ab ea amatur. Cornelio in equo est. Equus, qui Cornelium vehit, pulcher est. Ubi est villa Cornelii? Villa eius Tusculi est. Iulius ab Urso et Davo portatur ; itaque is fessus non est. Cornelius fessus non est, nam is equo vehitur. Servi ambulat, domini vehuntur.

Capitulum VII PVELLA ET ROSA

Iulius ad villam advenit. Iulius per ostium in villam intrat. Pueri saccos, qui a servis portantur, vident, et interrogant: « Quid inest in saccis? » Iulius respondet: « In sacco, quem Leander portat, mala insunt. Videte, pueri! ». Iulius Quinto et Marco magnum malum dat. Iulius: « In sacco Syri pira insunt ». Iulius pueris magna pira dat. Pueri, qui iam non solum mala, sed etiam pira habent, laeti sunt. Servi autem neque mala neque pira habent. Iulius Syrum et Leandrum ad se vocat et iis magnum malum dat. Aemilia viro suo osculum dat. Aemilia imperat: « Delia, i ad cubiculum Iuliae! » Illic Syra et Iulia sunt. Delia: « Veni in atrium, Iulia! Illic pater tuus te exspectat ». Iulia in atrium ad Iulium currit eique osculum dat. Iulius ancillis mala dat. Iulius iis et pira et mala dat. Ancillae laetae ex atrio exeunt. Cui Iulius malum dat? Iulius puero malum dat. Quibus Iulius mala et pira dat? Iulius liberis et servis mala et pira dat.

Capitulum VIII TABERNA ROMANA

Cuius est haec taberna? Haec taberna Albini est. Multae feminae, quae in hac via ambulant, ante tabernam Albini consistunt. Eae, quae magnam pecuniam habent, gemmas et margaritas pulchras emunt. Feminae, quarum viri magnam pecuniam habent, multas gemmas et margaritas a viris suis accipiunt. Quis est hic vir? Hic vir est Medus, servus Graecus. Cuius servus est Medus? Medus servus Iulii est. Quae est haec femina? Haec femina est Lydia. Ornamentum, quod Lydia habet, est linea cum margaritis. Albinus: « Nonne hi anuli pulchri sunt? Aspicite hos anulos! ». Lydia: « In his anulis gemmae non sunt ». Medus: « Quot nummis constat anulus, in quo gemma

est? ». Albinus: « Pretium huius anuli est centum sestertii ». Medus: « Quot sestertiis constat ille anulus? ». Medus anulum, qui post Albinum est, digito monstrat. Albinus: « Pretium illius anuli tam magnum est quam huius. Sed amica tua hunc anulum amat, non illum ». Lydia: « Illud ornamentum, quod post tabernarium est, non tam pulchrum est quam hoc, neque illa gemma tam magna est quam haec. Da huic tabernario centum sestertios! ». Medus: « Alii tabernarii anulum gemmatum nonaginta sestertiis vendunt ». Albinus: « Qui sunt illi tabernarii? Quae sunt illa ornamenta, quae in illis tabernis parvo pretio emuntur? Neque pretium horum ornamentorum nimis magnum est ». Medus: « Accipe nonaginta sestertios aut nullos! ».

Capitulum IX PASTOR ET OVES

Pastor Iulii non solus in campo est, nam canis eius apud eum est et centum oves: una ovis nigra et undecentum oves albae. Pastor ovi nigrae et ovibus albis aquam et cibum dat. Cibus ovium est herba, cibus pastoris panis est. Iulius pastori suo panem dat et canes a pastoribus cibum accipiunt. Pastor et oves lupum timent, quia lupus oves ēst. Sol in caelo est supra campum. Sub arbore umbra est. Pastor, qui nullam nubem in caelo videt, cum cane et ovibus ad arborem adit. Pastor umbram petit et oves ad arborem ducit. Dum pastor in herba dormit, ovis nigra oves albas relinquit et ad silvam currit. Canis pastoris ovem videt et latrat. Lupus ipse non procul abest. Canis ovem quaerit et vestigia eius in terra reperit, neque ovem ipsam reperit. Iam ovis lupum ipsum ante se videt. Lupus collum eius dentibus petit sed ecce canis accurrit. Lupus se ab ove ad canem vertit, ovem relinquit et montes petit. Pastor laetus ovem nigram in umeros imponit eamque portat ad ceteras oves.

Capitulum X BESTIAE ET HOMINES

Leo et aquila bestiae sunt. Cauda leonis longa est. Aliae bestiae sunt aves, aliae pisces. Avis, quae in aere volat, alas movet. Homines in terra ambulare possunt, quod pedes habent. Pisces in aqua natare possunt. Cum piscis natat, cauda movetur. Homines deos videre non possunt. Dii ab hominibus videri non possunt. Homo vivit, dum spirat. Homo, qui non spirat, mortuus est. Cum homo spirat, anima in pulmones intrat et rursus ex pulmonibus exit. Spirare et edere necesse est homini. Nemo enim sine cibo vivere potest. Aves ova pariunt, ex quibus parvi pulli exeunt. Canis non ova, sed pullos vivos parit. Iulia canit. Pueri puellam canere audiunt. Vox Iuliae pulchra est. Pisces voces non habent. Quintus nidos reperire non potest, quod rami et folia nidos ab oculis eius occultant. Marcus autem nidum reperit. Ramus, qui nidum sustinet, non crassus, sed tenuis est. Ramus tenuis Quintum sustinere non potest. Ecce ramus cum puero et nido et pullis at terram cadit. Iulius et Marcus et Iulia eum vivum esse vident.

Capitulum XI CORPVS HVMANVM

Corpus humanum quattuor membra habet: duo brachia et duo crura. In brachio manus est, in crure pes. In corpore unum caput est. In capite sunt oculi et aures, nasus et os. In ore lingua et dentes sunt. In pectore cor et pulmones sunt. In corde sanguis est. Sanguis per venas ad cor fluit. Medicus est vir, qui homines aegros sanat. Pes Quinti aeger est. Iulius servum Tusculum ire iubet atque medicum arcessere. Servus cum medico ad villam revenit. Syra, quae male audit, id quod medicus dicit audire non potest. Medicus puerum dormire et linguam eius rubram esse dicit. Medicus Quintum dentem aegrum habere videt. Medicus pedem Quinti aspicit atque digitum ad pedem apponit. « Ei! Pes dolet! ». Medicus puerum oculos claudere iubet, quod puer cultrum medici timet. Puer in lecto iacet ut mortuus. Medicus aurem ad nasum Quinti admovet eumque spirare audit. Medicus manum in pectus Quinti imponit et cor eius palpitare sentit. Aemilia Quintum vivum esse gaudet.

Capitulum XII MILES ROMANVS

Aemilius miles Romanus est. Scutum et gladius et pilum arma militis Romani sunt. Eques est miles, qui ex equo pugnat; qui pedibus pugnat, pedes est. Pilum non tam longum est quam hasta, neque gladius peditis tam longus est quam gladius equitis. Gladius brevis non tam gravis est quam gladius longus. Gladius equitis non solum longior, sed etiam gravior est quam gladius peditis. Gladius peditis brevior et levior quam is, qui ab equite fertur. Etiam gladii Germanorum longiores et graviores sunt quam Romanorum. Etiam pila eorum longiora et graviora quam nostra sunt, sed scuta, quae a Germanis feruntur, leviora sunt quam Romanorum. Germani sunt homines barbari, qui Germaniam incolunt. Rhenus et Danubius flumina, quae Germaniam ab imperio Romano dividunt, fines imperii nostri sunt. Exercitus est magnus numerus militum, qui contra hostem ducitur. Dux exercitui imperat, exercitus duci suo paret. Aemilius in castris non procul a fine imperii habitat. Circum castra vallum longum et altum est. Vallum castrorum Romanorum prope decem pedes altum est. Castra et oppida nostra ab hostibus oppugnantur neque expugnantur, nam milites nostri, qui fortiores sunt quam hostes, provincias nostras atque patriam a Germanis aliisque hostibus defendunt. Necesse est pilum breve et leve esse. Pilum Romanorum brevius et levius est quam Germanorum. Milites Romani bene pugnant, quod pila eorum breviora et leviora, non longa et gravia ut Germanorum sunt.

